OCCASUS SOLIS

circa AURORAM.

In benigno ARIETIS Signo

Perillustris & Reverendissimi Domini

D. AUGUSTINI THADDÆI

De Klincz von Rautemberg

KLINSKI.

Decani Culmensis, Archidiaconi per Pomeraniã Vladislav: Cathedr: Canonici & Prælati Præpositi Mariæburgensis, Doctoris Utriusque Juris

Domini & Mecœnatis Colendissimi

DEMONSTRATUS

seu

Funestus DEI Hominis, sub Ligno Casus, in Ligno Occasus

Parentante Deipara MARIA Virgine

Festo ejusdem DOLOROSÆ & prodigiosæ MATRIS, in Ecclesia Carmeli Oboriensis

Flebilî Orationis Stylö ad memoriam Cordium

ANNOTATUS

Per P. Cantium á S Juliano, Ordinis Fratrum B. V. M. de Monte Carmelo Strictioris Observantiæ, Provinciæ Majoris Poloniæ Ssmi Sacramenti Alumnum, in Carmelo Oboriensi Actualem Eloquentiæ Professorem.

Perorante é Suggestu in congressu Dignissimorum Hospitum F. Ludovico á S. Hyacintho ejusdem Ordinis Professo Rhetorices Auditore

Anno quo.

SoLIs In oCCasV LVXIt CastIssIMa VIrgo
Et fLetV tanto peperIt soLatIa CVnCtIs.

IN GENTILITIUM INSIGNE
Vetustissimæ & Illustrissimæ
DOMUS KLINSCIANÆ

Velleribus quæretur Honos. Claud.
Omnes purpureo vellere texit Aves Bened. á S. Jos. Schol. Piar.
Et grege de niveo gaudia Pastor habet. Venant.
His ARIES Astris nonnisi dignus erat. Martial. l. 9.



I.
In Castris ARIES, & Sanctior AGNUS in Astris
Divisum imperium semper in antè tulit.
Nunc uno contentus erit, servire MARIÆ
Nam Solem in manibus Virgo benigna tenet.

II.
Ex oculis tergit lacrymas REGINA DOLORUM
JUNOSZAM Lateri dum videt esse suo.
Nimirum; jam Virgo unum defleverat AGNUM
Nunc veniente alio lætior esse potest.

R. Sta Jablonski

DEDICATIO

NOn Oratoris sed MARIÆ hæc fuit Inventio, ut in angustijs, Te suum pro solatio haberet AUGUSTINUM. Perillustris & Reverendissime Domine, MARIANI Honoris Protector Faventissime. *Quidquid enim in hoc Doloris codice porrectum leges, totum* d, *& Tibi, & Tuo Nomini, &* Agno *debetur Gentilitio.* ando *debitum. Canonicus es* MARIÆ *Oculus, ergo suas* achrymas *Tibi refundit in Solatia. Vidit Te à teneris in* Corona *Sodalium sinè labe Concepta Virgo, ergo annectit gem*nas *ab oculis promanantes. Quinimò, Tyronem adhuc, &* am *strenuissimum sui* Nominis *viderat Defensorem, ergo o*mnes Gladii *de Materno pectore, Heroi debentur* MARIANO. *Quid dicam de* Nomine? *quod Virtus cum meritis, merita* um *scientiis, fecêre Augustissimum. Concludam paucîs.* Cor *Virgineum tanto amore æstuans, nulli congruentiùs manu*tenendum *traditur, præterquam* AUGUSTINO. Et Agnus

Genti-

Gentilitius plurimum Juris habuit, ad codicem Doloris MA-RIANI. Liber hic septem sigillis obvolutus, quia septem signatus Doloribûs, extra omnem Apocalypsim, ab Agno aperiendus erat Gentilitio. Quodsi a prima fronte opellam respicias, omni sibi Titulo Junolzam *postulat.* Occasus *utique* Solis Justitiæ, *in signo* Arietis *consummatus, quia in Martio.* *Et istam Dedicationis meæ, ab intrinseco MARIANI Cordis innui rationem; sed adhuc millenas habet Carmeli obligatio. Quomodo enim Augusto Nomini non militaret* Eliæ Gladius, *quod septem acinaces è MARIANO pectore jam circumstant; quomodò vel exiguum acumen ingenij Tuis non advolvant pedibus Oratores, cui Jus Gladij concessum à MARIA. Et in Carmeli Syderibus elucet obligatio. In cæli linguas abire debent, ut AUGUSTINUM prædicent MARIANI Nominis Portitorem. Coguntur* Arieti *servire Gentilitio, qui noctes Atticas cum Occasu Solis, suscepit in tutelam. Plura colligerem ex Eliæ pallio candoris documenta, sed Sola Clementia Tuo innata pectori, mille superat rationes, & Modestia cognata AUGUSTINO, cunctas redigit ad silentium. Elegisti siquidem laudanda facere, nec laudari, elogiis digna agere, nec elogiô honorari. Hoc etenim habent Augustæ animæ, quod & in Te AUGUSTINO cernimus, fastidiô habere ex fastis fastum; & tunc celebrari maximè, cùm Festum illorum non sit ad populum. Et ideo tremit calamus, nè modestiæ Tuæ sim injurius, adeò enim strictum & verè Elianum silentium indixisti, ut nec AUGUSTINUS scribi dicique velles, nisi Servus* Augu*stô-MARIANUS. Ergo flumina Oratorum Tuis affundo pedibus, & si quod Elogium fuerit Tui Nominis, illud in calamum influet è Mari Gratiarum. Hoc utique saltèm non reijcies, quia Tuum erit si MARIANUM, eritq; MARIANUM, si susceperis. Ergo jam ex* Justitiæ Speculo, *Arietis Tui splendores colligo.* Concede Mecænas Optime *primam vitæ Tuæ Auroram producere, quam Mu-*

sits

sis amicam feceras; jam protunc talem illam vidêre singuli, colebant universi, ut inter Coronam Stellarum duodecem ad mentem MARIÆ *aptaretur. Non aliter in arena Palladis, Cæsar dici & esse volueras, nisi Probus; non aliter ad quæq; maxima eligi Candidatus, nisi quà Lactantius pectoris* MARIANI. *Aliis, sæpè de Erroribus obviabat Occupatio; Tibi non alius error fuisse potuit, nisi ad templi limina, nisi ad Conclave Reginæ Cordium, è domo aberrasse. Et ideò miramur hucusq; Scientiæ Tuæ altum; quia omnes Eruditionis Classes Mari Gratiarum commisisti, ut bonæ spei tenerent Promontorium & Insulas fortunatas. Unum in Te Lycæa mirabantur, quòd Virtutem declinare nunquam posses. De Judicijs ita minorenne scripsisti Exercitium ut ad* Thronum Salomonis *in omni causa appellares. Ideoq; præmaturo passu, & ætatem conatu superante, gradus etiam Scholarum prævolasti,* Scala Jacob *Tuis in progressibus suffragante. Vix primis Tulliana flumina prægustasti labijs, jam ad gustum omnium perorasti, ideo promptus Orator, quia* MARIÆ *Exorator. Desipiebant Platonis mella dum dissereres, quia verborum ambrosiam, non è floribus eloquentiæ, sed de* Lilio *suxisti illibato. Dicam tamen: Periodum* MARIANIS *laudibus nunquam facere potuisti; illaq; Tibi placere Oratio videbatur, quæ repetitionis figuram, de die in diem habuisset ad* MARIAM. *Mari Theologico quod exhausisti, parvi sunt isti margines ad Elogia; sed quia iterum Modestiam Tuam timeo satis dixisse erit, Theologum Te fuisse verè* AUGUSTINUM. De DEO *cum dissereres, attonitas sæpiùs rapuisti mentes, quasi* de Civitate DEI *cum Indigete scriberes Divinissimo; nec erat tam commune Argumentum quod in Ore Tuo non* Admirabile *appareret. Si* Angelicos *delineabas Spiritus, Angelica instructus mente credebaris, quasi ad littus Maris Theologici Angelum vidisses* AUGUSTINUS. *Si* Gratiæ *pandebas*

efficaciam Gratias loqui videbaris, sed haustas è Mari Gratiarum; ita ut quævis distinctio distinctum mereretur Encomium, quævis solutio mentes & animos ligaret omnium, quilibet Terminus laudem & plausum sinè termino haberet apud singulos. Dicamnè, quòd Virtutes non poteras divisisse? non peccabo; strictô enim vinculô fuerant Cordi colligatæ, dubiumq; adhuc superest, an illas Tu explicares, an illæ Te, cùm viva illarum sis Imago. Taliter in Erudito Campo Tuus certabat Aries, ut nullum Dilemma foret quod non confringeret, nulla Oppugnatio quam non convinceret, & MARIANÆ Gloriæ & Tuæ Virtutis Argumentô. Sed Augusto Capiti, una Scientia desiderium parit aliarum. Post absolutum Cursus Theologici stadium, iterum alia Tibi Studia arrisêre. Juris utriusq; Prudentiam docta versasti mente, ideo versatissimus in omnibus quia semper AUGUSTINUS, vel ideo AUGUSTINUS quia semper Jure hæreditario MARIANUS. Ambiebat Digitum Doctoralis Annulus, sed non aliter admovere illum manibus voluisti, nisi Te Virgini desponsaret Integerrimæ, quam in omni Jure Patronam habuisti. Vides igitur Mecænas Colendissime, qualiter vel in minimo contra Modestiam Tui Animi peccare timeo, nullum enim Tuis Virtutibus adjunxi Elogium, quod simul non sit Augustissimò - MARIANUM. Sed non hic limes in Campo Gloriæ. Dicerem quo amoris æstu Primitias Agni celebrasti, quo Innocentiæ Symbolo inter Celsissimæ Domus Szembeccianæ, Capreas, veluti in Paradyso quodam, ad illa Rosarum Florilegia Agnum educasti Gentilitium, qua mentis sollicitudine ab Illustrissimis Potocciorum Crucibus, pro salute multorum publica, Agnum hunc fecisti dependere, nisi excessus quidam Oratorius, usq; in Orbem alterum, & mentem & calamum rapuisset Cogimur ergo usq; in Romanis Collibus Agnum scrutari & colere KLINSCIANUM. Ivisti è Corona Poloniæ felix

felix gemma, ad Annulum Piscatoris, à Sanctissimo Tibi Clementissimo CLMENTE XII. *continuam pro* Agno *Tuo Bullam habiturus Clementinam. Quàm pretiosum* Arietis *Tui vellus, quo Sanctissimi etiam delectantur, quantus ille Candor, qui Clementes sibi propitios meretur habuisse. Tunc demum Regina Poloniæ (eniterum Tuis Laudibus MARIA ambit sociari) Augustissimum habuit Honoris Capitolium, dum Negotiorum Regni Lechici, in Neapolitano Regno AUGUSTINUS Promotor dicereris. Ita ad Tyberim in Vaticanis Collibus Tuus spatiabatur* Agnus, *interim Patriæ totius desideria, publica Consanguineorum Vota, expansîs Cordibûs Tuum reditum cæperunt præstolari. Anhelabant præcelsa Nomina, quia Sanguine* Agni *intincta ad Purpuras, vel potiùs Orbis Poloni Numina, Illustrissimorum* Czapsciorum, Łaszewsciorum, Chełstowsciorum, Zawadzciorum, Powalsciorum, Sartawsciorum, Bystramorum, Bagniewsciorum, Makarsciorum, Podosciorum, Kossow, Gralewsciorum, Potulicciorum, Czarlinsciorum, Tucholkarum, Kczewsciorum, Garczynsciorum, Sikorsciorum, Wyczechowsciorum, Jeżewsciorum, Kalksztey norum, Gostomsciorum, Plaskowsciorum, Jeziersciorum, Rutkowsciorum, Wąglikowsciorum, Doręgowsciorum, &c. &c. *totius Prussiæ primæ magnitudinis Sydera,* Signum Arietis *exspectabant. Redijsti tandem Augustô passu, sed quantô omnium solatiô, quo plausu singulorum, ex cordibus legeretur Prussiæ, si hac pagina ambirentur. Revixit post plena amoris tædia, Perillustris* Progenitor *Tuus* FRANCISCUS KLINSKI, *Gedanen: Dirschovien: & Mevensis JUDEX, cujus ætatem cum meritis, omni majorem Elogiô, & merita cum ætate omni altiora Suffragio, pronô elegi silentio venerari, nè palmam præripere videar, cunctis Terrarum Prussiæ Cordibus, quæ Nomen istud in Libra Themidis ponderosum, ad memoriam*

æsti-

æstimant sæculorum. *Quis enim angustâ paginâ, Panegyres Domûs Vestræ comprehendat, cùm majora longè loquantur volumina, nec concludant; Unum est meminisse satis, quod in Orbe Polono, Polonus Historicus de KLINSCIIS annotavit:* Decet Vos in Armis & bello, formidabiles, in Judiciis autem humanos esse. * *Ergo revertor ad Elogia MARIANA, ut Tua faciam,* Mecænas Colendissime. *Parabat Tibi Honor pro magnis maxima, nihilominus, illud Te tantùm acceptasse vidimus, quod esset MARIANUM, ut cum MARIA esset Tuum.* *Et ideo Præpositus* Mariæburgensis *dici permisisti, ut Beneficium cum Officio MARIÆ Nomini concordaret.* *Igitur & Opellam tenuem de* Dolore Virginis *non dedignaberis* Mecænas Optime, *non ideo quòd aliquid de Te innuat, sed quod sit MARIANA.* *Crescent in gemmas hæ* Matris *lachrymæ, ad Tuorum Coronam meritorum; nos ad Aram precabimur, ut longævam ætatem vivas, ad commoda singulorum quæ procuras; faustissima ducas tempora, ad Carmeli solatia, quem protegis; & totum habeas à MARIA, quam hodie in Tua suscipis DOLOROSAM,*

Ita vovet

Devinctissimum Tuo Nomini
simulque obligatissimum

Studium Carmeli Oboriensis.

* Okolski in Orb. Pol. tom. I, Stemm. *Junosza.*

ORATIO.

ACcendite pro cereis ingeniorum lumina Oratores; nam DEUS HOMO agonizat! Peccatum mortale dixero, tantæ morti non aſſiſtere; Peccatum Capitale, Supremo Orbis totius Capiti, in Cruce inclinato, fieri non acclines. Quis daret Indulgentiam tanto auſui? ſi non una Supremi Pontificis, *Bulla* hæc *Cruciata.* Emoritur in Crucis Arbore DEUS HOMO! adeſte Mercurii, ex hoc fatali ſtipite ad vivum efformandi. Languet, ad vitæ veſperā Flos Nazarenus; concurrite, concurrite Cultores Hortenſii, flores legemus Oratorios è Monte Golgothæo. Sed proh dolor! Moriente vita, reviviſcunt vitia! En vocales convoco ad funus Tullios, & illi deficiente Verbo obſurdeſcunt! fulmineos ſtimulo in fata Pericles & iſti abeunte Cælorum Domino, minimè ex-

ardescunt. Clamant ingentes petræ apertis faucibûs, nos aures obturavimus; Ipsa DEI mortem templorum vela revelant, nos singuli pupillas clausimus; nec visuri miracula morientis Domini, nec oracula audituri post cortinas. Rigate lachrymis cæcitatem, vesani homines; dum Vitæ Fontem in littore constitutum, sic contemnitis. Plorate argumentosæ apes, en in *Crucifixi* Latere alvear habetis commodissimum, nec volatis. Surdis hucusque cecini, AA. Vos Orpheum resuscitate superi, ut saxea generis humani corda, ad montem usque saliant Golgothæum. Sed vel hic etiam in cassum ageremus. Nam Cythara in luctum versa sublimè pendet, fidesque rupta inter homines; Major adhuc fieret in Verbo lusus, si ampliùs corda pulsaremus. Ergo desistam Orator ab allocutionis figura, dum *Verbum* deficit. Ludite, ludite in arena literaria Oratores, mihi Golgothæi cineres arrisêre. Bibite Eloquentiæ flumina post sudores; mihi Mare mortuum sapit ad delicias. Atticas lustrate noctes ad Cleantis lucernam, me unum moriente Domino tenebræ illustrabunt. Denique auroram Musis amicam colite; ego vel *Occidente Sole*, Stellam videbo Matutinam. Con-

clusi

clusi Auguria, fortunam aperio. Actum est quod spopondi. *Mæstissimi Auditores.* Totam orationis structuram, é Golgothæo cinere possumus fabricare. Quodsi effusas post lachrymas arescat dictio, in promptu ad littus Golgothæ est *Mare Gratiarum.* Plus dicam; & id quod intendo unicum. Atticas non quæro noctes, nam SOLIS OCCASUM *circa* AURORAM *Vestris animis patefaciam.* Absolvite a culpa Oratorem, si post Occasum Solis, & circa Auroram fregero silentium, utique non adeò clara voce magnus perorat Dolor. Sed primam loquendi licentiam a Tuæ Crucis exoro Cathedra DEUS HOMO; nihil obscuri dicam, si vel in *Occasu Tuo* lumen ingenij illustraveris. Tu quoque diem Oratori dices, AURORA VIRGO & jam de SOLE Tuo quem occidisse vidimus, purpureum mané illucescet.

Semper habet præludia magnus Dolor. AA. Veluti fumus quidam præcedunt solatia, ut lacrymam extorqueant é pupilla. Rotunda est fortuna quælibet, ut é cyfra colligas quantúm flebis, si accedat vel unus Dolor. Nulla est tam longa serenitas, quam nubila non concludant; nulla tam felix Malacia, cui procellæ non

non insultent: *Nemo dari poterit, cui magnis consona votis omnia succedant; nulli fortuna favebit perpetuo plausu, sed si nunc blandior ore arrisit, mox fronte minax data gaudia turbat.* In DEO HOMINE compertum est, quod edissero. Applaudit Judæa Domino, sed cantus hic Syrenum est. Palmas Victori cordium cumulat Triumphales; sed arbor quælibet, virgas promittit, vel Cupressum. Clamat Hosanna lætum Civitas Solymæa sed mille sannas hæc spondet urbanitas urbe integra. Ita sané; nihil tutum in orbe videas, si vel ipsa Sanctitas in periculo. Bona est dies oriente gaudio, sed noctis tenebræ, & oculos claudent & solatia. Videte quid contingat ad Vesperam, DEO HOMINI. Post Triumphales plausus, cænam instruit *Rex Dolorum*, tot habiturus mensæ socios, quot Cordis Assessores; sed ante convivia aquas affundit pedibus, ut vel inde noscatur profusissimus. *Solem* hic meum video in *Aquario*, sed quantùm laboret *ad Vesperam*, sola prodit usque ad terram *inclinatio.* O nimium felices duodecim Athomi! videte quám acclinem hodie *Solem* habetis *Divinissimum.* Unus in Collegio Judas, sua levitate gravis, ideo onustus nummô, né á benigno Numine

mine attrahantur. Sed quanta *influentia Solis Justitiæ!* & illius ſeſe affundit pedibus, ut cor emolliat obduratum. Pudeat te veſane proditor, quod enorme ſcelus vel in aquarum ſpeculo necdum videas. En in pedibus ſalutem habes, modò ſalutis pretium demergas hac in aqua. Fuſiſsimus in Verbo DEUS, tuis in pedibus quærit aures, nihilominus Amori tanto non reſpondes. Narcyſſum te cæleſtem exoptat fieri Flos Nazarænus, modò aquam introſpicias, antequam Gethſemani hortus patefiat. Aſt & ego Æthiopem lavo, A. A. *Solem* adeò *laborantem*, eò magis obſervat proditor, quò magis *inclinatur*. Ergo jam cum illuſtrari renuat, acceditur ad convivium. Apponitur Paſchalis *Agnus*; ut vel *in hoc ſigno* teſtetur clementiam *Sol Juſtitiæ*. Zodiacum dixiſſes in Menſæ circulo, & inter planetas duodecem, pulcherrimam Phæbi Stationem. Hic tandem *Joannes Aquila* propiùs ſcrutatur *Solem*, dum in Salvatoris pectore requieſcit. Hîc illi Petrus & Andreas *Gemini*, olim à *Piſcibus* evocati, *Soli* aſsiſtunt *Diviniſſimo*. Unus, unus, vel poſt Agnum *Arietavit* Judas, cornuto malitiæ argumentô oppugnaturus *in Sole Veritatem*. Recede infernalis noctua, quid ultra

Solem intueris? Si tenebras quæris ſceleri, noctem conſule, dabit illam cæcitas Solymæa. Receſsit! perfidiæ ſuæ numeraturus nummos, ſaltèm inde pudicus, quòd illos numeret *extra Solem.* Fugis *Cæli oculum* effrons noctua, ſed vindicem pro nummo, pænam Numinis, non effugies. Eſt teſtis oculatus *Sol Juſtitiæ*; perge quo vocant furiæ, quo ducit veſana rabies, quo trahit concatenata malitia; ſed ſolves ſolutionem criminis, poſtquam funeſto fune obligaberis, adeò in malum reſolutus. Attrahi à *Sole* benigno noluiſti, dabit ille *vim attractivam* arbori, quæ ſarcinam ſceleris in altum elevabit. Actùm eſt. Abiit á *Sole* nebulo, peccatum teſte cælo patraturus. Emit ſibi DEUM Judæa cohors, O! quám parvô pretiô Numina comparantur; ſi in melius emerentur. Solvit pro *Sole Iuſtitiæ* triginta argenteos Civitas Solymæa, o! quám exiguo cenſu tantus ſplendor acquiritur, ſi recto ingenij lumine quæreretur! Sed proh dolor! magìs obcæcantur & Judas & Judæi, quò propiùs *Solem* inveſtigant. Fuge! fuge! undecem *Aſtrorum Princeps* Diviniſsime, nam *Sydus erraticum* fatalem portendit noctem. Videte, quo abeat *Sol occiduus.* Auroram

querit

quærit Veſpere, & invenit in MARIA, Plora-
te oculi, lugete palpebræ, dum *Solem* intuemi-
ni. Ultimum MARIÆ diem dicit *Sol Iuſti-
tiæ*, abeuntem *Aurora* ſequitur, quis hic pu-
pillam temperet á rore lachrymarum. Ad-
ſtringit brachiis abeuntem mæſta Mater, ut do-
mi detineat quia Filium; ſed amor totius po-
puli ire jubet, quia Orbis integri Salvatorem
Deplorat DOLOROSA Parens, quia uni-
cum, ſed ſalus publica deflere vetat, quia DE-
UM HOMINEM pro homine moriturum.
Jamque *Sol* noſter ad *Umbram* Getſemani de-
clinavit, caſu proprio in terram, probaturus,
quod vergat *ad Occaſum*. O! felices in hor-
to floſculi, dum *Solem* domi veſtræ habetis in-
quilinum. Pandite corda & affectus, hic Phæ-
bus út primúm procidet, terram ſubitó calefa-
ciet. Speravi ſerenitatis auguria, *Mæſtiſſimi
AA*, & ecce *Sol Diviniſſimus* eſt totus in plu-
via lacrymarum, totus diffunditur in Sudoris
guttas, totus denique ſuo Sangvine rubicun-
dus. Adeſte Aſtrologi, & vel ſinè tubo conji-
cite, nam prope eſt Phæbus in horti janua.
Adeſte inquam; quia languente jam *Sole*, Apo-
ſtoli requieſcunt. O lacrymæ! O ſuſpiria!
Nox inſtat! nox inſtat! ſed fatalis. Sub ve-
ſpe-

ſperam erravit Judas; nunc *Solem* ut inveniat, faces accendit Solymæas. Profeciſſes clarius diſcipule perfidiſſime, ſi tot lucernas in *Solem* non aptaſſes. Irruunt in hortum canes perfidi, contra *Solem Iuſtitiæ* latraturi; irruit & ille *Arcitenens*, oſculi doloſi jaculò, ad intima cordis fixurus cicatricem. Sed auſcultate languentis etiam in horto *Solis* Supremam in terras poteſtatem. Veniunt armati milites, ut *Solem* capiant, & ecce cadunt; Occurrunt feroces copiæ cum facibus ut Verbum teneant, & ecce obcæcantur. Videte igitur *Solem* noſtrum, in prodigioſo *Cancri ſigno* effulgentem, nam hoſtes retró abierunt. Nihilominus, vibrat tela contra Cæli Dominum infelix *Sagittarius*, & mirá jaculandi methodô, ore ſauciat, occidit oſculô, verbô Verbum enecat, dum ſalutat. Quid agis veſane Hypocrita? contra *Solem* pugnare præſumpſiſti; *Diem Solis* non attinges, & pendebis ſub Cælo *Cometa* infenſisſime. Sed quid ego infeſto Theologum? qui Concluſionem poſuit æternæ veritatis; Argumentum iſtud eſt ad hominem á Juda propoſitum, quód patiatur pro homine HOMO DEUS. Convincite Syllogiſmum hunc in Ferio, quem DEUS ſolvit utique eſt Sole cla-

rior

rior. Dictante Juda, tam altum Verbum Judæi capiunt, ſupra Magiſtrum videtur eſſe hic diſcipulus. Mereretur Doctoralem Annulum; ergo date illi funem in collo complicatum. Quinimò Abſtemius mihi putatur Judas, à menſa fugit, nunc paupertatis Amator, pecuniam projicit, DEUM capit ideoque non rectus in terris DEI ipſius Comprehenſor, brevi in extaſim rapietur. Prudens eſt Geometra hic Apoſtolus, totam Solymæ dimenſus Urbem, *Viam* apprehendit *rectiſſimam*; unicum reſtat, ut adhuc arborem metiatur. Denique in Aſtrologum evaſit perfectiſſimum; absque tubo optico, etiam *poſt occaſum Solis*, invenit in horto *Solem*, meretur ut ſit cælo propior ſaltem ad elevationem graduum quinquaginta. Talem habes panegyrim ſceleſte proditor; quia novum ſub ſole feciſti, quòd *Sol* à tenebris capiatur. Videte prodigia! nefariis palpatur manibûs, pugnis contunditur, cachinnis ſpuitur, vinculis funibúsque ſtringitur, denique per Urbis Solymææ circulum ducitur, trahitur, volutatur *Sol* noſter *Diviniſſimus*, & tamen illuminat. Avulſam Petri gladiò reſtaurat aurem; vel ideo ut meliùs Verbum hoc capiatur auribus, vel ut *naturam Solis* in ſe comprobet

nil frustra facit. Ducitur per torrentem Cedron, o quanta hic *Solis æterni* parelia ! Fabula Pöëtarum fuerit ex Oceano prodire Phæbum, obire in Oceano; nunc in torrente cecidisse SOLEM Suprema Veritas comprobavit. Languere debueras *Sol Divinissime* dum aquas pertransires, aliás vel ipso amoris æstu, torrentem exsiccasses. Et certè languorem casus ipse comprobat, dolendumque miraculum, *Solem moveri* funibûs, á cointelligentijs Judæorum. Evadit tandem é profluvio Phæbus noster, sed Annæ sistitur in Palatio. O fatale *Solstitium*! ubi DEUS HOMO militari pugnô oppugnatur. Nec satis erat in uno Palatio stetisse Dominum, in una Aula Dolorum Regem; Unus Nero invidebat alteri quód *Solem* haberet domi; Diem dicit Caiphas Salvatori; diem Pilatus dicit, ut *Solem* videant quem extinguere meditantur. Proh dolor! quantæ *ecclypses* noctis unius spatio! sordidó velatur strophiô *Cæli oculus*, quasi videri Judæa nollet, ultimum sinè fronte scelus, in DEUM patratura. Affulsit dies, educitur é tenebroso carcere *Sol Justitiæ*, sed brevi portentum videbitis, dum sanguine *rubescet* totus. Grandem conjicite cruoris pluviam; si primum mané adeò rubi-

rubicundum. Olim Pöeta teste: *Regia Solis erat sublimibûs alta columnîs*, nunc *Solem* in uno colosso cernimus, & quidem ad verbera obligatum. Formate auguria *Sapientissimi Auditores*. Flagella, virgas, sanguinem *in Sole* vidimus, conjicite Vestrô judiciô, quid portendunt. Funestum (út existimo) promittunt omen, tanta cruoris stillicidia. Utinam sim falsus vates! forté sub cælo cadet Cæli Dominus; forté rigabit terram Sanguine, Creator terræ; aut corruet ad columnam fortissimus Atlas universi. Cecidit! cecidit! DEVS HOMO, in Mari rubro Sanguinis *Sol noster* naufragatur. Adeste motrices Cælorum Intelligentiæ, & *Solem* a terra sublevate. Terribilis hæc *Judicii dies* in Judæa, cúm talia *in Sole signa* elucescant. O fatale unius diei Horologium, ubi tot virgas loco Indicis, præsente *Sole*, numeravimus in Columna.

Sed non una rabie furores cöercentur. Quoties iratum mare vidimus, scopulum protrudit scopulus, in perniciem. E *Sole nostro* videte documentum. Emersit per vasta cruoris latifundia, sed iterum furori novo exponendus. En, jam *Radios è spinis* efformant satellites, ut *Solis* coronent tempora, laceram adjungunt

gunt Purpuram, ut vel ſic faciant *Sereniſſimum*. Nunc demum, *Princeps Aſtrorum* diceris *Salvator Humaniſsime*, nam in murice ad directionis Virgam, eluceſcis. Dicite, ſi vidit quis talem *in Sole Coronam*? Luſtrate ſæcula, minimè advertetis; Unus *Sol Iuſtitiæ* ſpineô obvolutus ſertô, vitæ coronidem præſagit, ex Corona. Et certè non fallunt auguria. Jam *acu Solem tetigit* plebs ſceleſta, nunc *trabem* excelſam præparat, in *Cæli oculo* advertendam. Pergit *in recta* Crucis *linea*, Titan Diviniſsimus; & ardorem ſui patefacturus animi, *aſcendit altius*, quia ad verticem Montis Golgothæi. Aſsiſtit *Aurora Comes*, adſtant *fixa* Amoris *Sydera*, ſed ros ab oculis prohibetur. Interim; adeſte lachrymæ Oratori. *Solem* appenſum *in Libra Crucis*, quis ſiccô oculô intuebitur? Loquere jam loquere, Phæbe Diviniſsime ad *Auroram*, utique ſeptem habes Verba, pro ſeptem *Doloribus* MARIANIS. Ego ſilentium in Occaſu Tuo ſervare cogor; ſi tamen à Cruce dederis Indulgentiam, habeo Verbum ad MARIAM. Hactenus de Te tacui *Aurora Virgo*, quia *Sol Tuus* circuibat rotundam periodum; nunc ubi Te circa *Solis Occaſum* ſub Cruce video, hac Cruce benedic Oratori ut benè dicat. Permitteſne Hiſtoriam evolvere ſæculorum, quoties vel ipſius mortis tenebræ, per Te *Auroram* diſſipatæ? Loquerer; proclamarem; ſi poſt *Occaſum Solis*; daretur in ſtricto ſilentio facultas diſcurrendi. Ergo jam agam Tacitum, nam quieſcere ad pedes *Marianos* congruit Oratoribus poſt Occaſum; donec iterum *Aurora* excitaverit, ut dicant ampliùs de *Doloroſa* Virgine; quàm ego DIXI.

dolori: vigiliæ: delirio: profundo somno: anhelitus difficultati: tussi: inquietitudini: oris vlceribus: anginæ: pleuritidi: singultui; hęmorrhagiæ: diaphoretico sudori: ardenti febri: ingenti siti: vermium affluentię: vertigini: hypochondriorum tensioni.

Hæc, & infinita alia synpthomata, morbique cum febre pestilenti coniungi possunt, quorum tractationē si agredi hic vellem, esset omnium curationem morborum instituere, præter nostrum obiectum.

Sufficiat tantum tractasse de bubonibus, carbunculis, pastichijs, quæ pestilentis febris propria sunt. Et hæc dicta sufficiant pro malignæ, pestilentisque febris curatione; nunquam tamen cessando Deum ipsiusque Gloriosissimam Genitricem humiliter deprecari, vt eius fidelium saluti tutò, iucundè, & citò inseruiant.

HYA-

in 8. phisic. t. 78. affirmans, nec à ri actionem prouenire, motoris e necesse est superare mobile.

Ad Confirmationem responde asserit in 3. de temp: in fine, qui p traria medicamenta secundum g æquana fore adhibenda; iddem asserit 3. de simpl. med. facul. c. 12. & 1. de alim. facul. c. 1. & *Auerr.* 7. colliget 3.

Respondetur secundo conciliando dictas authoritates, quod à contrario duplex potest fieri actio, vt Aristot. placet, vna, quæ suum oppositum superet: alia, quæ minuit, & contemperat. Prima actio fit statim, secunda progresso temporis: sed in febre maligna prima indigemus, non secunda, quia morbus acutissimus est, in quo natura veluti emortua manet, secunda vti poterimus in miti, & blando affectu, etiam si auxilia inferiora fuerint tutò his repetitis morbum necare conuenit, natura, quia recte valet, dominiumq; supra morbum habet, quouis auxilio ei præstito, morbum depellit.

Objicies septimo potest ne ante purgationem dari potus aquæ? magis enim illum competere ante quam post, experientia docet, nam in morborum initio aliqui tenues, & biliosi humores pruriunt, qui purganti medicamento facile cædunt, & expurgantur, & crassi demum remanent, qui potum dari aquæ prohibent.

Respondetur, & si cum Auerroe in lib. 7. colliget c. 8. assero posse aliquando dari potum aquæ absq; vllo signo concoctionis, attamen melius iudico, in febre maligna post medicamentum purgans aquam sumendam esse quam ante, nam eo tempore minus potest obstruere, maioremque partium refrigerationem in-

frigidæ, quæ nam [illegible]

Respondetur status est hora conueniens, cum Auicenna dicente in capite de cura febris sanguineæ, & melior horarum adhoc est hora vehementiæ ebullitionis,& angustiæ,& inflammationis, & frequentiæ pulsus cordis (& si dari possit casus, in quo in principio accessionis magis competeret, quem admodum accidit Galeno,qui vt ait in 10. meth. cibauit syncopis timore febre tertiana interpolata laborantem parum ante paroximum,& ei debit potum aquæ)& licet in statu plures sint humores, & vapores quorum resolutio est apta per potum aquę frigidæ impediri, non autem in declinatione: attamen quia in declinatione: est apta magis nocere, cum calor in declinatione sit minus resistens suæ extinctioni, quam in statu, & per consequens mēbra,& spiritus sunt apta magis lędi per superfluā infrigidationem: vnde extinguetur calor naturalis extincto febrili.

His positis Respondetur ad obiectiones positas in primo loco probantes non competere potum aquæ malignè febricitantibus,& ad primam tali pacto,exhibita aqua prædictis conditionibus supra iactis,non solum non erit timor casus virium verum, illæ reuiuiscent: dicente Auicenna: multotiens enim adiuuat ad expellendum materiam cum solutione naturæ,aut per vomitum,aut per vrinam, aut per sudorem, aut per omnia illa,quare fit statim, vt sanetur.

Ad secundam, etsi aqua quatenus humida est habet posse augere putredinem,attamen, quia cum rebus aridis,illam sumendam esse diximus potius contrarium causabit.

Ad

rit Galen. 8. method. c. 3. [illegible]

Ad quartam Respondetur,primo,& si adsit aliquādo inflammatio attamen, sumpta aqua conditionibus prædictis nō nocebit quia non habebit vim aggregādi materiam, & inspissandi eam: quia res auidæ faciunt ipsam citius penetrare.

Respondetur secundo,cum Gentile,quod in tali casu detur calida,& in notabili quantitate,adiuuabit.n. ad digestionem humoris, sitim extinguet humectando,& humores,qui sunt causa sitis à stomacho lauando,neq;timetur inflammatio corporis per ipsam: tum quia citius penetrat, & à corpore educitur: tum quia per antiparistisim non inflammat corpus sicut aqua frigida.

Præterea si aderit inflammatio, quatenus conditio contradicans erit,seruari debet regula suprapositā,& sic etiam Respondetur ad vltimam obiectionem in contrarium adductam. Esset hoc loco agendum de alexipharmacis congruentibus febre maligna pestilētique febricitaatibus pro medela venenositatis, cui magnopere sagax medicus vacare debet,sed quia affluenter in tractatū de præseruatione de illis egimus eum adeat lector, & nihil administrationis illorum in hac febre congruę eum latebit.

Esset etiam postea tractandum de sympthomatum curatione,sed in hoc neq; tempus consumere intendo, quilibet enim medicus potens est eis medelam præstare: vt syncopi, animique deliquio virtutis debilitati,nauseæ,ac vomitui: stomachi morsui: alui, aut stipticitati,aut fluxui: capitis,dorsi, & lumborum

do-

